

triumphi dies natalis recolitur.

R. Verbera.

Sermo sancti Ambrosii
Episcopi.

*Serm. in Nat. Ss. Nazarii et
Soc. 93. post med.*

LECTIO VI.

Honoremus beatos Martyres, principes fidei, intercessores mundi, præcones regni, cohæredes Dei. Quod si dicas mihi : Quid honoras in carne jam resoluta atque consumpta, de qua nulla jam Deo cura est ? Et ubi est illud, carissimum, quod ipsa Veritas loquitur per prophetam ? Pretiosa, inquit, in conspectu Domini mors Sanctorum ejus. Et iterum : Mihi autem valde honorificandi sunt amici tui, Deus. Honorare debemus servos Dei : quanto magis amicos Dei ? De quibus alio loco dicitur : Dominus custodit omnia ossa eorum, et unum ex his non conteretur.

R. Tamquam aurum.

IN III NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

LECTIO VII. *Cap. 10 c.*

In illo tempore : Dixit

Jesus discipulis suis : Nihil est opertum, quod non revelabitur : et occultum, quod non scietur. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

Homil. 35 in Matth.

Vides, quomodo non promittit se illos a morte liberatum esse, sed mori permittit, majora largiturus, quam si id non permetteret. Longe enim majus est suadere ut mors spernatur, quam a morte eruere. Non itaque illos in pericula conjicit, sed reddit periculis superiores, brevique sermone doctrinara de immortalitate animæ in illis inserit, ac duobus tribusve verbis sic inserto salutari dogmate, aliis illos ratiociniis consolatur.

R. Propter testamentum Domini, et leges paternas, sancti Dei perstiterunt in amore fraternitatis : * Quia unus fuit semper spiritus in eis, et una fides. v. Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum. Quia.

LECTIO VIII.

Ne enim putarent se occidi et jugulari, quod quasi derelicti sint, de providentia Dei sermonem inducit, his verbis : Nonne duo pas-

seres
ex illi
sine
lis es
capiti
Quid
quit :
ignora
enim
dicit :
Deo
rum
nihil
ignora
quam
amat
tros
timen

R.
ne po
tis : *

Co

Ma